

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarius (Lectionarius) - Cod. Aug. perg. 16

[S.l.], [11. Jh.]

Beatus Gregorius papa: Homilie zu der Evangelienlesung

[urn:nbn:de:bsz:31-6697](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6697)

nae patriae possent attinge
re ministrarent. Cooperan
te ipso mediatore dī et homi
num homine ihū xpo. qui
uiuūt et regnat cum patre
in unitate sp̄s sc̄i dī per om̄a
saecula saeculorum Amen.

FERIA QUARTA

LEC. SCI. IUV. SEC. IOH.

In illo temp̄ **M**anifesta
uit se iterum ih̄c discipulis
suis ad mare tiberiadis. ma
nifestauit aut̄ sic. Erant aut̄
simul simon petrus. et tho
mas qui dicitur dydimus. &
nathanahel qui erat achana
galileae. et filii zebedei. et
alii ex discipulis eius duo.

Dicit eis simon petrus. Uado

+ piscari. Dicunt ei. Uenimus
et nos tecum. et reliqua.

**OMELIA BEATI GREG
PAPAE LLECTIONIS EIUSD.**

LECTIOSCI

euangelii quae modo inuris
auribus lecta est fr̄s mei. que
stione animum pulsat. sed
pulsatione sua cum discreti
onis indicat. Quaeri etenim
potest. cur petrus qui piscator
ante conuersionem fuit. post
conuersionem ad piscationē
redit. Et cum ueritas dicat.
Nemo mittens manum suam
in aratrum. et aspiciens retro
aptus est regno dī. Cur repe
tit quod dereliquit. Sed si
uirtus discretionis inspicitur.
citius uidetur. Quia nimirū
negotium quod ante conuer
sionem sine peccato extitit.
hoc etiam post conuersionē
repetere culpa non fuit.

Nam piscatorem petrum. ma
theum uero telonearium sci
mus. Et post conuersionē
suam ad piscationem petrus
redit. matheus uero ad telo

nei negotium non resedit.
Quia et aliud est uictum per
piscationem quaerere. Aliud
telonei lucris pecunias auge
re. Sunt enim pleraq. nego
tia: quae sine peccatis exhi
beri. aut uix aut nullatenus
possunt. Quae ergo ad pec
catum implicant. Ad haec ne
cesse est ut post conuersione
animus non recurrat. Quae
etiam potest. cur discipulis
in mari laborantibus post re
surrectionem suam dñs in li
tore stetit. qui ante resurre
ctionem suam coram discipu
lis in fluctibus marisambu
lauit. Cuius rei ratio festi
ne cognoscitur. si ipsa quae
tunc inerat causa pensetur.
Quid etenim mare nisi prae
sens saeculum signat. quod
se causarum tumultibus. &
undis uitae corruptibilis il

ludit. Quid per soliditatem
litoris. nisi illa perpetuitas
quietis aeternae figuratur.
Quia igitur discipuli adhuc
fluctibus mortalis uitae ine
rant. in mari laborabant.
Quia autem redemptor nŕ. iam
corruptionem carnis excesse
rat. post resurrectionem suam
in litore stabat. Ac si ipsum
resurrectionis suae mysteriū
rebus discipulis rebus discipu
lis loqueretur dicens. Jam uo
bis in mari non appareo. quia
uobiscum in perturbationis
fluctibus non sum. hinc est
quod alio in loco post resur
rectionem suam eisdem disci
pulis dicit. Haec sunt uerba
quae locutus sum ad uos. cū
adhuc essem uobiscum.
Neque enim cum ipsis non erat
quibus praesens corporali
ter apparebat. sed tamen

iam se esse cum ipsis denegat.
 aquorum mortali corpore.
 carnis immortalitate dista-
 bat. Quod illic cum ipsis
 positus fateatur non se esse
 cum ipsis. hoc quoque hic situ
 corporis indicat. cum adhuc
 nauigantibus esse se iam in
 litore demonstrat. Facta
 est autem discipulis piscatio
 nis magna difficultas. ut
 magistro ueniente fieret
 admirationis magna subli-
 mitas. Qui ptinus dixit.
 Mittite in dexteram nauigu-
 rete. et inuenietis. Bis in
 scō euangelio legitur. quia
 dñs iussit ut ad piscandum
 retia mitterentur. Ante
 passionem uidelicet. et post
 resurrectionem. Sed prius
 quam redemptor nr pate-
 retur et resurgeret. mitti
 quidem rete ad piscandum

iubet. sed utrum in dexterā
 an in sinistram mitti debuisset
 non iubet. Post resurrectionem
 uero discipulis appa-
 rens. mitti rete in dexteram
 iubet. In illa piscatione tan-
 ti capti sunt ut retiarum pe-
 rentur. In ista autem et multi
 capti sunt. et retia rupta non
 sunt. Quis uero nesciat bo-
 nos dextera et malos sinistra
 figurari. Illa ergo piscatio
 in qua specialiter in quā par-
 tem mitti rete debeat non
 iubetur. praesentem ecclesiam
 designauit. quae bonos simul
 ac malos colligit. nec elegit
 quos trahat. quia et quos
 eligere possit ignorat.
 Haec autem piscatio post dñi
 resurrectionem facta in solā
 dexteram missa est. quia ad
 uidendam claritatis eius
 gloriam. sola electorū ecclsa

pertingit quae de sinistro
opere nihil habebit. In illa
piscatione prae multitudine
piscium rete rumpitur
quia nunc ad confessionem
fidei etiam cum electis rep
bitanti intrant. qui ipsam
quoque ecclesiam heresibus
scindant. In ista uero pesca
tione. et multi pisces et ma
gni capiuntur. et rete non
rumpitur. quia sancta electo
rum ecclesia in continua
ductoris sui pace requies
cens. nullis iam dissensionibus
dilaniatur. Captis
autem tam magnis piscibus
ascendit simon petrus. &
traxit rete in terram. Jam
credo quod uera caritas ad
uertit. Quid est quod pe
trus rete ad terram trahit.
Ipsi quippe sancta ecclesia est
commissa ipsi specialiter.

dicitur. simon iohannis
amas me. pasce oues meas.
Quod ergo post modum ape
ritur in uoce. hoc nunc si
gnatur in opere. Quia igitur
praedicator ecclesiae
nos a mundi huius fluctibus
separat. nimirum necesse
est ut rete plenum piscibus
petrus ad terram ducat.
Ipsae enim pisces ad solidita
tem litoris pertrahit. quia
sanctae praedicationis uoce
stabilitatem aeternae pa
triae fidelibus ostendit.
Hoc egit uerbis. hoc episto
lis. hoc agit cotidie mira
culorum signis. Quotiens
per eum ad amorem qui
&is aeternae conuertimur
quotiens a terrenarum rerum
tumultibus separamur.
Quid aliud quam missi
intra rete fidei pisces ad

litus trahimur. Sed cum
 recte magnis piscibus plenu
 dicitur. additur et quantis.
 Scilicet centum quinquagin
 ta tribus. A magno myste
 rio numerus non uacat.
 sed intentos uos tanti my
 sterii profunditas exspectat.
 Neque etenim quantitatis
 summam sollester euan
 gelista exprimeret. nisi
 hanc sacramento plenam
 esse iudicasset. Scitis naq.
 quod in testamento uete
 ri. omnis operatio per de
 calogi mandata precipit.
 In nouo autem. eiusdem
 operationis uirtus. per
 septiformem gratiam sci
 spi multiplicatis fidelib.
 datur. Quem propheta
 denuntians dicit. Spi sa
 pientiae et intellectus.
 spi consilii et fortitudinis

spi scientiae et pietatis. &
 repleuit eum spi timoris
 dni. Sed ille in hoc spu
 operationem percipit. qui
 fidem trinitatis agnoscit.
 ut et patrem et filium &
 eundem spm scm. unius
 uirtutis credat. unius
 substantiae esse fateat.
 Quia igitur septem quae
 superius diximus. per no
 uum testamentum latius
 data sunt. decem uero
 per uetus praecepta. Omis
 nra uirtus et operatio per
 decem et septem potest
 plene compraeendi.
 Ducamus ergo per trigonu
 decem et septem. et ueni
 unt quinquaginta et unu.
 Qui pfecto numerus. A ma
 gno mystero non uacat.
 quia in testamento ueteri
 legimus. quod annus quin

quagesimus iubeleus uoca-
ri iussus est. In quo uidelicet
cunctus populus ab omni
operatione quiesceret.
Sed uera requies in unitate
est. Diuidi quippe unum
non potest. Ubi enim scis-
sura diuisionis est. uera re-
quies non est. Ducamus
ergo per trigonum quin-
quaginta et unum. et fi-
unt centum quinquagin-
ta tres. Quia igitur et
omnis nra operatio et
uirtus infide trinitatis
exhibita ad requiem ten-
dit. septem et decem ter-
ducimus. ut ad quinqu-
aginta et unum uenire de-
beamus. Et uera nra re-
quies tunc est. cum ipsa
iam claritatem trinitatis
agnoscimus. quam in uni-
tate diuinitatis esse certu

tenemus. Quinquaginta
et unum ter ducimus. et
electorum summam Insuper-
na patria quasi centumquin-
quaginta et trium piscium
numerum tenemus. Post
resurrectionem ergo dni mis-
sum rete. dignum fuit ut
tot pisces caperet. quot so-
lummodo electos ciues sup-
nae patriae designarentur.
Inter haec uero et hesternae
sci euangelii lectio. et ho-
dierna nos ammonet. ut
uigilanter debeamus inspi-
cere. Cur dns et redemptor
nr post resurrectionem sua
piscem assum legitur come-
disse. Non enim uacat amy-
sterio. quod iteratur in fa-
cto. In hac et enim lectio-
ne. panem et assum pisce.
In illa uero quae hesterno
die lecta est. Cum asso pisce

etiam fauum mellis comedit. Quid autem signare credimus piscem assum. nisi ipsum mediatorem dei et hominum passum. Ipse enim latere dignatus in aquis generis humani. capi uoluit laqueo mortis nostrae. et quasi tribulatione assatus est tempore passionis suae. Sed qui piscis assum fieri dignatus est in passione. fauus mellis nobis extitit in resurrectione. An qui in pisce assum figurari uoluit tribulationem passionis suae. In fauo mellis utramque naturam exprimere uoluit personae suae. Fauus quippe mel in caera est. Mel uero in caera est. diuinitas in humanitate. Quod ab hac quoque lectione non discrepat nam piscem comedit et panem.

Qui enim assari ut piscis potuit ex humanitate. pane nos reficit ex diuinitate. qui ait. Ego sum panis uiuus. quide caelo descendi. Assum ergo piscem comedit et panem ut in ipso suo cibo nobis ostenderet. quia et passionem ex nostra humanitate pertulit. et refectionem nostram ex sua diuinitate percipuit. Quod si uigilanter inspiciamus nobis quoque qualiter ad imitandum congruat uidemus. Sic enim sua redemptor indicat. ut imitationis uiam nobis sequentibus sternat. Ecce in cibo suo dominus noster pisci assum coniungere fauum uoluit. quia uidelicet illos in suo corpore ad aeternam quietem suscipit. Qui cum hic tribulationes pro deo sentiuisset.

ab amore internae dulcedinis non recedunt. Cum asso pisce fauus sumitur. quia quibus afflictionem pueritate suscipiunt. illic dulcedine uera satiantur. Notandum quoque quod ultimum conuiuium dominus cum septem discipulis habuisse describitur. Petrus namque et thomas. nathanahel & filii zebedei. et alii ex discipulis eius duo cum eo fuisse memorantur. Cur cum septem discipulis ultimum conuiuium celebrat. nisi quod eos tantummodo qui septiformis gratia sancti spiritus pleni sunt. futuros secum in aeterna refectioe denuntiat. Septem quoque diebus. omne hoc tempus euoluitur. & saepe hoc septenario numero. perfectio designatur.

Illi ergo ultimo conuiuio de praesentia ueritatis epulas. quinunc perfectionis studio terrena transcendunt. quos mundi huius amor non ligat. Quibus etsi utcumque per temptationa obstrepit. Coepta tamen eorum desideria non retundit. De hoc extremo conuiuio. Alias pro iohanne dicitur. Beati qui ad caenam nuptiarum agni uocati sunt. Idcirco enim non ad prandium. sed ad cenam uocatos narrat. Quia nimirum in fine diei conuiuium caena est. Qui ergo finito praesentis uitae tempore ad refectioem supernae contemplationis ueniunt. non ad agni prandium sed ad caenam uocantur. Quae uidelicet caena hoc ultimo conuiuio exprimit

cui septem discipuli adesse
 memorantur. Quia illos
 ut diximus tunc interna
 refectio reparat. qui pleni
 nunc septiformis gratia
 in amore sp̄s anhelant.
 haec ergo uobiscum fr̄s agi
 te. huius sp̄s repleri prae
 sentia desiderate. quid uos
 sequi in futurum possit ex
 praesenti perpendite.
 Pensate si hoc sp̄u pleni estis
 et nostis si ad illud conuiu
 um peruenire ualeatis.
 Quisquis namq. ille est que
 nunc sp̄s iste non reparat
 p̄fecto ab illa aeterni con
 uiui refectioe ieiunat.
 Mementote quid de eodem
 sp̄u paulus dicat. si quis
 sp̄m xpi non habet. hic
 non est eius. Quasi quidā
 titulus diuinae possessio
 nis est iste sp̄s amoris.

Numquid nam sp̄m xpi habet
 is cuius mentem odia dissi
 pant. elatio inflat. Ira usq.
 ad diuisionem mentis exaspe
 rat. auaritia cruciat. Luxu
 ria enervat. Pensate quis
 sit sp̄s xpi. profecto ille
 qui facit amicos et inimicos
 diligere. terrena despici. p̄cae
 lestibus aestuari. Carnem
 p̄pter uitia conteri. mente
 a concupiscenciis frenari.
 Si ergo uultis ius cognoscere
 possessionis di. personam per
 pendite possessoris ur̄i. Ecce
 enim quod diximus uoce ue
 ridica paulus clamat. si quis
 non habet sp̄m xpi. hic non
 est eius. Ac si aperte dicat.
 Qui nunc do inhabitante
 non regitur. de diuina cla
 ritatis specie post modum
 non laetatur. Sed nos tamē
 ad haec quae dicta sunt infir

mamur. Necdum culmen
perfectionis attingimus.
In uia di cottidie sci deside
ru gressus ponamus. Con
solatur nos ueritas quae
per psalmistam dicit. Inp
fectum meum uiderunt ocu
li tui. et in libro tuo omnes
scribentur. Non omnino
erit nobis noxia nra imper
fectio. si in di itinere con
fiteuti. et ad transacta non
respicimus. et ad ea quae re
stant transire festinamus.
Nam qui imperfectorum de
sideria dignanter inflam
mat. haec quandoq. adp
fectionem roborat. In c.
xpc. dñs nr. qui cum patre
uiuut et regnat ds in uni
tate sps sci. per omnia
saecula saeculoru amen.
FERIA U. PASCH.

LIC. SCI. EV. SEC. IOH.
In illo temp. **M**aria stabat
ad monumentum foris plorans.
Cum ergo fletu. inclinauit se
et prospexit in monumentum.
et uidit duos angelos in albis
sedentes. unum ad caput. et
unum ad pedes ubi positum
fuerat corpus ihu. et reliq.

OMET. BE. GREG.
PAPAE
M **DEIA**
DEM. LE
CIONI.
MARIA
MAGDALENAE quae
fuerat in ciuitate peccatrix.
Amendo ueritatem. Lauat
lacrimis maculas criminis.
Et uox ueritatis impletur
qua dicitur. Omissa ei
sunt peccata multa quia
dilexit multum. Quae